



**S. Odilo Abbas. Cura defunctorum**

**[Köln], [1654]**

S. Timotheus Episc. M. Libera legis Dei confessio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](#)



S. TIMOTHEUS EPISC. M.

*Liber a legis Dei confessio.*

Deus, qui S. TIMOTHEVM, fidei zelo  
succensum, contra idololatras stare in-  
trepidum fecisti; concede, ut legis tuæ  
sanctæ professores fideles, & ore &  
opere, inveniamur.

*Ora pro desolatis Ecclesiis Asiae,*

¶

## 23. XXIV JANUARII.

**T**IMO THEVS, Lystris in Lycaonia natu-  
rex patre Gentili & matre Iudea, Chri-  
stianam colebat religionem, cum in ea loco  
venit Paulus Apostolus. Hic fama commo-  
tus, quae de illius sanctitate percrebuerat  
ipsum adhibuit socium suae peregrinatio-  
nis. Cum autem ambo Ephesum venissen-  
tib[us] ibi TIMOTHEVS est ordinatus Episcopu[m]  
ab Apostolo, ut eam Ecclesiam gubernare.  
Hujus quoque ad illam duæ leguntur Epis-  
tolæ, Laodiceâ & Româ datæ : quibus  
pastoralis officii cura confirmatus; cum  
crifciūm, quod uni Deo debetur, fieri do-  
monum simulacris terre non posset; popu-  
lum Ephesinūm, Dianæ in ejus festivitatē  
immolantem, ab illa impietate removeret;  
conatus, lapidibus obrutus est; ac per  
mortuus à Christianis ereptus, & in mor-  
tem civitati vicinum delatus, obdormi-  
in Domino, anno ab Incarnatione 98. O-  
sa ejus, una cum corpore S. Andreæ & o-  
sibus S. Lucæ, sub Constantio Imp. tra-  
nslata Constantinopolim sunt seculo 4.  
templum SS. Apostolorum ; & ibidem re-  
venta seculo 6, cum illud Justinianus Im-  
perator funditus eversum restauraret.

*Loquebar de testimoniis tuis in conspectu  
Regum, & non confundebar. Psal. 118.*